

Amplissimis, Consultissimis, & Prudentissimis Viris

Dn., FRIDERICO MEYERO,

Scabinatus Electoralis Lipsiæ Assessori, & pro tempore, Consuli regenti dignissimo.

Dn., THEODORO MÖSTELIO,

J. U. Doctori, supremi Judicij Electoralis Dresdæ, quod ab Appellationibus nomen habet, Collegæ, itidem Consuli & scabino Electorali meritissimo.

NEC NON

Dominis Ædilibus, & ceteris Ordinis Senatorij Viris honoratissimis, Dominis Patronis & Fautoribus suis plurimum honorandis.

S. P. D.

Nter alia Civitatis Vestre Ornamenta nunquam satis laudata, Viri Amplissimi, Consultissimi ac Prudentissimi, non postremo loco ponenda est Musica nobilis, quæ cum Voce tum Organis in Scholis & Ecclesiis vestris, mirificum in modum florere solet. Cujus itaq; nomine, mente gratâ non immeritò principio agnoscenda DEI Bonitas, cuius munere cum choris Musicis regendis, tum pulsandis Organis præsent Viri, melicæ peritiæ laude profectò conspicui: Non minus commendanda & prædicanda etiam Vestra singularis liberalitas & affectio, qua ut ipsas Musas communiter prosequimini; ita sigillatim melicam artem nobilissimam neq; in Scholis & Ecclesiis vestris silere, sed potius omnis generis suppetiis ipsam juvandam, exornandam & conservandam cupitis.

AAA 2

Hoc